



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

185 Poena remi^sio Papae reservata, non potest ab inferiore remitti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Facultates sibi eligendi confessarii, qui à quibuscunque casibus quantumvis enor- mibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, eos possint absolvere qui cordulam, cor- rigiam, seu habitum cuiuscunque religio- nis suscepunt, aut suscipient in futurum, vel in quibuscunque confraternitatibus, seu sodalitatibus, quo vis modo privile- giatis, se receperunt, seu se describi fecerunt: comprehenduntur, etiam sub ea- dem revocatione, sub qua sunt reformatæ, adeo, ut eorundem privilegiorum vigore confessarii à casibus quibuscunque Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis reservatis absolvendi facultatem habent, ut in eod. §. decernimus in- super, ibi aliis etiam casibus Sedi Aposto- licæ reservatis. Per quam constitutionem derogatur etiam iudicis, privilegiis, & fa- cultatibus quibuscunque concessis, de quibus scripsi in d. cap. 38. n. 175. ver. de- clarando eod. tom. I.

2. Demum t̄ confraternitatem, ubivis lo- locorum quavis auctoritate erectæ, & insti- tutæ, & quibus communicationes factæ sunt, ac cuiuscunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraterni- tatibus, & congregationibus ubilibet ex- istentibus hactenus aggregatae aggrega- tionum litteras, juxta formam novissime approbatam intra terminum in consti- tutione expressum, impetrare tenentur, alioquin dicto termino elapsò nullius sunt roboris, & momenti ac eo ip- so revocatæ & abolitæ censentur, ut ibidem eadem confit. §. demum statuimus.

3. t̄ Et illa dictio eo ipso, est latæ senten- tiae, quæ inducit abolitionem absque sententia, aut ulteriori declaratione,

c. felicis, §. si qua verd, de pan. in 6. ¶ t. fin. §. lib. verè, postquam, C. de iur. de liber.

184 Si autem t̄ ministri aliqui superiores, vel officiales, quocunque nomine nuncu- pati, Ordinam, religionum, Institutorum, seu archieonfraternitatum, congregatio- num & confraternitatum hujusmodi qua- vis auctoritate, vel privilegio, & officio fungentes, præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere prælumpserint, erectiones institutiones & communicatio- nes, privilegiorum, indulgentiarum, facul- tatum, spiritualiumque gratiarum & indul- torum, aliorumque concessiones, & aggredi- gationes per ipsos faciendæ, seu renovan- dæ, nullius redundunt roboris, vel mo- menti, & quilibet eorundem ministri- rum superiorum, officialium, privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtainenda, por- nam, quæ ab alio, quam Romano Pon- tifice, pro tempore existente, remitti non potest, eo ipso incurunt, ut in eadem con- stitut. §. quod si ministri.

185 t̄ Et remissio pœnae Papæ reservata ab inferiori relaxari minimè potest. Na- varr. de censu. Eccles. c. 27. n. 72. ver. eate- rum prædictis, & Sayt. in Thes. cas. cons. lib. 3. c. 25. num. 3. ¶ 4.

186 Postremò t̄ dicta constitutio est per- petua, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, perpetuò, & inviolabiliter obser- yansla, & ita, non aliter per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Le- gatos: sublata eis, & eorum cuiilibet qua- vis aliter judicandi, & interpretandi facul- tate, judicari, & diffiniri debet, ut in ea- dem constitut. §. decernentes, quæ verba

Liii. 3 semper